



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Humilitas vera quæ sit, vtq[ue] eam obtinere conseruareq[ue] liceat:
quàm item nihil sine illa prosit, & è quibusnam eam discamus. Cap. VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Augustin
Mortifica-
tionis vitio-
rum negle-
ctores quan-
to se gaudio
spolient.

menta (Augustino teste) istis componas, lusus verius quam tormenta dicenda putaueris. Ad hæc si perpenderent, quam copioso premio frustrentur, ob quolibet solatio tum, ob exiguam voluptatulam, genio suo contra Dei beneplacitum concessam, sine legitima etiam satisfactione in alteram secum vitam delatam: si hæc inquam, perpenderent, quantumuis dira tormenta, atque adeo vel mortem ipsam subirent potius, quam vllum minutum delictum in Deum committerent. Quamobrem satis demirari nequeo mortales omnes tam pertiacem sui curam agere, nec naturæ suæ vitiosæ renunciare, quum tamen vera pax cordis, verum gaudium prorsus nullum sit, nisi in Deo solo. O quam beata est illa anima, que sibi mori studet, o quam nitida, quam ab omni vitiorum adfectuumque inordinatorum spurcitie sit depurata, quam tranquilla, quam immunis à poenis, quam aliena est ab omni metu, quam eleuata spiritu, quam vnita Deo, quam felix in æterna felicitate.

*Humilitas vera quæ sit, vt quæ eam obtinere, conseruareque liceat:
quam item nihil sine illa prosit, & è quibus-
nam eam discamus.*

CAPVT VII.

Via regia ad
Deum quæ.
Esaiæ 30.

Humilitas
culminodi-
ficæ fundame-
tum.

Matth. 11.

2 Cor. 12.
Humilitas
quid.

Humilitas
quomodo
obtinenda
Potentia Dei.

Sapientia Dei.

Bonitas Dei.

Regia ad Deum via nusquam nisi in vera vitorum mortificatione, veræque virtutum exercitatione, inuenitur in qua tamen constanter est permanendum, neque vsquam ex ea vel latum culmum siue ad dextram, siue ad sinistram declinandum: alias certè deuabit, etiam si quis inter astra cæli per altissimas suas speculationes, nidum posuisset sibi. Iam verò qui vnquam proficere desiderat, nobilissimam virtutem humilitatem, fundamentum in corde suo iaciat, eamque ad mortem vsque mordicus teneat oportet, alioqui nulla spiritualis ædificatio istructura persistere poterit. Hanc eximiam virtutem Dominus noster Iesus Christus sibi peculiariter elegit, nobiscum verbo & exemplo demonstrauit, dicens: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Hinc & **Dignus** Paulus eandem Christi virtutem appellat: *Libenter, inquit, gloriabor in infirmitatibus meis, vt habitet in me virtus Christi.* Est autem humilitas, demisso quædam, hoc est, profunda quædam animi depressio ante summam maiestatem Dei. Ad hanc virtutem consequendam opus est, vt ipsemet eam à Deo (à quo omne bonum dimittitur) seruentibus assidue precibus efflagites. Deinde vt omnibus animi viribus collectis, studiosè pieque inspicias, quidnam ipse sit Deus, quodque adeo incomprehensibile magnus, nobilis, & potens sit Deus, vt quicquid voluerit, possit etiam si mille adhuc mundi, imo infiniti essent creandi, regendi, implendi, conseruandi, perfecte & sine vlllo defectu aut labore, id Deus in ictu oculi, sola voluntate & que facile possit, atque nos manum vertere. Itidem sapientia Dei adeo est inexhausta, vt & sese & omnes pariter creaturas, omnes omnium hominum cogitationes, omnia verba, omnia opera, omnes stellas cæli, omnes Oceani guttas, omnia terræ grana, & (vt verbo dicam) omnia & singula penitissimè calleat, agnoscat, inspiciat. Rursum adeo immense bonus est, vt perpetua illius fidæque charitas, grata, benignitas (qua omnes creaturas inspiciat, amplectitur, diligit) nulla vnquam

quam ingratitude, nullis hominum sceleribus, quæ vnquam vel perpetrata sunt, vel perpetrari possunt, extingui vel irritari queat. Deus perpetuo manet æque bonus, æque paratus quibusuis hominibus etiam scelestissimis, cum magno desiderio subuenire, tantumq; præstare boni, quantum ipse est, quantumq; valeat in perpetuum. Neminem Deus ledere, nulli malum aliquod irrogare, aut vult, aut potest. Quamobrem quum commendentibus sceleribus nostris afflictamur aduersis, non id diuinæ bonitati, sed nobis potius imputandum. Nam quum liberum nostrum arbitrium ad Deum conuertere nolumus, id fontem in nobis omnium malorum & afflictionum aperit, obstaculumq; ponit, ne diuinæ bonitatis capaces simus. Præterea vide quam potens, quam bonus sit Deus, vt omnia quæ sunt ex nihilo creauerit, nosq; mortales ad tantam gloriam & nobilitatem elegerit, vt planè addubitem quomodo ad maiorem nos euehere potuisset. Ad imaginem quippe & similitudinem Dei conditi sumus, cum ipso futuri per gratiam quod ipse est per naturam. Et cum propter peccata nostra perpetuo perissemus æterni incendij fomenta futuri, clementissimus Dominus nostri miseratus est, seipsum profundissime humiliavit vt nos exaltaret, humanam nostram naturam assumpsit, ita præclara facinora in ea gessit, tanta virtute, tanta charitate in ea effulsit, vt merito nunquam ea obliuioni tradere, sed die nocteq; (patet enim locupletissimus attente obseruantibus, & pie contemplantibus recogitandis capis) toti in ijs versari debeamus. Omnium pauperrimus factus est, omnium infirmus, vel contempitissimus omnium qui vnquã sub cælo vel erunt fuerunt. Vitã humilem, placidam, sanctam, inculpata, prorsus vixit: post quam tamen omnium ignominiosissimam & amarissimam sustinuit mortem, qualem in cunctis retro seculis nullus vnquam facinorosus sustinuit, donec venerandum ipsius corpus lacerum vulneratumq; totum, sacrosancti sanguinis vix pauculas quasdam guttas sibi retineret. Hæc omnia pro sceleratis illis peccatoribus (qui ipsum vt pote inimici, summo odio prosequerantur, quorum aliquot mortis etiam ipsius rei erant) ex tanta, tamq; ineffabili sustinuit charitate, vt & hodie (si fieri posset, & opus foret) pro ijs ipsis qui scelerum suorum enormitate, iterato eum crucifigunt, iterato mori paratus sit. Hæc mirabilia Christi opera, mirabilioraq; tormenta, mirabilissimæ & immensæ illi charitati, quæ ipsum ad hoc cogit, quamq; adhuc erga nos retinet, ne comparanda quidem sunt. Deinde considera innumera Dei in te beneficia, & fidelem eius pro te curam, quam omnimomento ab ipso percipis tantam, vt ne ipse quidem comprehendere queas. Et quod tam paterne, tamq; liberaliter in vniuersis necessitatibus tuis, in corpore & anima tibi prouideat, quod à tam diuersis presuris & angustijs animi, in quas sæpius incideres (vt sunt varij rerum humanarum casus) nisi diuino ipsius presidio assidue fulciris, te præseruet. Quum adhuc modum humiliter contemplatus es diuinæ maiestatis excellentiam, qualis scilicet est Deus, qualia pro te fecit, quare fecit, quodque ex mera charitate fecit: non ex auiditate gloriæ, quoniam hinc illi nil gloriæ aut beatitudinis accedit: non ex dominandi libidine, quoniam ipse nostrorum non eget. Tum eregione ad temeripsum oculos flecte, & quis ipse sis attende, quã scilicet ex tua pte natura pauper, miser, & planè nihil sis, ex quã vili nihilo prodieris, prius datus, quã natus: quodq; aliud nihil sis, quã foetidũ quoddã dolũ, quod omnia sibi infusa corrupit, cõspurcat ac in nihilũ redigit: quodq; sæper & ad nihilũ tedit, & in foetido nihilõ terminatur. Porro qd̃ intus tot vitijs sis adoptus vt nisi diuina gratia

Aduersa que que quibus solis impu- tanda.

Gene. 1. Humilitas Christi.

Charitate quanta passus fuerit Christus.

Beneficia Dei quomodo consideranda.

Psal. 15. Nihil citare propriã quomodo quis consideret.

te.

Ingratitudo
hominis
quanta.

Te assidue labascentem subleuaret, atque etiam præsaueret, nescio in quæ horrenda flagitia præceps rapereris, post quæ tandem ad inferos cum omnibus cæcæ demonibus æterno cōcremā dus incendio detrudereris. Postremo quædā pium illum Dominum, infinitis tuis sceleribus, corde, ore, opere perpetratis sæpius prouocasti, fideli illi patri & domino ingratus & infidelis fuisti, ipsum auersatus es, illius honorem purè in omnibus non spectasti: tempus preciosissimum, ad usum tibi à Domino concessum, parum utiliter expendisti, tuam & aliorum animas, sacrosancto Christi sanguine redemptas, tuis sceleribus violenter ei abstraxisti, diaboliq; seruitio mancipasti. Nihilominus tamen tibi pepercit fidelissimus pater, nec satanæ vllam in te potestatem (quod optimo iure potuisset) concessit: tot annos assidue delinquentem, maxima cum patientia tolerauit, expectans donec resipisceres: ab innumeris grauib; peccatis (in quæ fortasse incidiss) te præseruauit: blande leniterq; quasi vellicans suis inspirationibus, aut alijs quibus voluit modis, sæpius te admonuit, ex scelera tua vicia ad correctionem reuocauit, ex inimico amicū te sibi fecit (quod sanè plus habet negocij, quam ipsam mundi machinam ab integro reformare) te reuertentem obuiō sinu excepit, innumera enormiaq; peccata tibi adeo plenè ignouit, vt non solum ea tibi non exprobrare, sed ne meminisse quidem eorum velit vnquam. Omnia tibi in melius commutauit, & quæ culpæ tua collapsa perditæq; fuerant, in integrum restituit, tot prætiosa tibi munera largitus est, multoq; pretiosiora addidisset, nisi tua insigni ingratitude præpeditus fuisset. Ad hæc perpende, quod hominum milia æterni incendi, iam cruciatus ferunt, qui te multo minus Dominum offenderunt, quibus si tantū lucis, tantum gratiæ, tantum beneficiorum, quantum tibi impensum fuisset à Domino, eo miseriarum nunquam detrusi fuissent, sed ut multis parafangis, longoq; virtutum interuallo præcurrissent. Nihilominus tibi adhuc pepercit Deus, illis perpetua, sed non iniusta censura damnatis. Quibus omnibus imò & pluribus, quam vel commemorata sunt, vel commemorari ab homine possunt, ritè penitatis, tum maxima tum indignatione contra reuertentem, præ rei indignitate quo te vertas, ignorabis. Indignum te reputabis, sacræ adem ingredi, crucifixiq; imaginē vel eminus inuerti dignū verò quæ ob scelerata tua hoc in loco, viuente videntemq; tellus ima degluciat, indignum quæ sitentet, cui alimoniam præbeat. Nullum denique statum adeo pudendum, nullam vililitatem adeo contemptam aut abominandam posse reperiri, putas, quam tu non optimo iure (si alias rem iusta lance trutinare velis) millies commercuisti iudicabis. Proinde fastuoso isthoc animo tuo prorsus humideiecto, te vnam quidem aquæ guttulam fumere, nec leuissimum quoddam verbulum temere proloqui, nisi cum humili timore fiduciaq; ad Deum audebis. Quin & mirum tibi videbitur, quod te in hac profunda deiectione, & indignitate perpetuo non contineas, quod vel exiguam superbiæ cogitacionulam animam intrare sinat. Imò ignorabis quodnam pharmacum huic malo imponas aliud, quam vt fidelissimo Domino tuo illud reuelans, te & omnia tua illi plenè in manus tradas, vt deinceps de te, deq; omnibus creaturis suis, tam in hoc seculo, quam in futuro faciat, quemadmodum sibi collubitum fuerit. Quicquid de excellentia ac fidelitate amoris diuini intelligere vales, minimum quiddam, imò nihil est, si ei, quod in se reuera est Deus, conferatur. Rursum quicquid de paruitate, vililitate sceleribusq; tuis imaginari potes, præter id quod reuera ex te sunt, pusillum admo-

SPECVLVM CHRISTIANAE PERFECTIIONIS.

Non est iudicandum. Quapropter te quàm profundissimè humiliabis, abnegabis, & sustinebis omnia quæcunque tibi superuenire possunt mala, cogitans quod ob flagitia tua inferni iam tormentis meritis adiudicatus esse deberes, reputans etiam te pessimum totius mundi peccatorem, atque ab omnibus talis reputari desiderans, quantum in te est, dignum quidem te agnoscens, quem omnes auersari, & affligere debeant, quem ve pro pessimis meritis nunquam satis contemnere queant. Lætaberis etiam aut saltem non nimium contristaberis, iniuria pressus, contemptus, adfectus: Qui verò hæc patienter ferre non valet, is profectò nondum sibi plenè displicet, is nondum perfectè humilis est, imò superbiæ adhuc radicem intra se occultam confouet. Non solum autem contemni, verumetiam indignus minusq; humilis iudicari desiderabis, patienter hoc accipiens de manu iustitiæ diuinæ, quæ talem contemptum tibi superuenire permittit, deq; liberalissima eius misericordiæ manu, quæ omnia in tuum commodum ita disponit. Hinc exorietur in te liber accessus, certatq; fiducia ad Deum, imò ardens quoddam desiderium Dei, semper ac in omnibus ipsum intimè laudandi, ac gratias agendi, & non videbis, quo pacto sat honoris Deo, sat reuerentiæ exhibeat. Nam & si solus, quoouis momento tantis laudibus, quantis omnes creaturæ pariter, eum posses extollere, minimum tamen quiddam, imò nihil prorsus esset, si maiestati eius, qua verè omni laude dignissimus est, si munificentia eius, qua nos totos obstrictos habet, conferatur. Quapropter & te satis deprimere, & Deum satis extollere poteris nunquam. Quicquid autem in te boni est, non tibi, sed Deo acceptum feras oportet: quicquid verò mali, tibi vni imputandum. Humilitermodi excellentiæ, fidelitatisq; diuinæ, ad paruitatem infidelitatisq; nostram contemplatio, tantum in se habet gratiarum & amorum, vt mirum sit nos præ amoris magnitudine totos non liquefieri, aut alijs de rebus vnquam cogitare, vel verba facere posse. Nam hæc exercitatio vtilissima est, & veluti introductoria ad omnium virtutum perfectionem, cordisq; tranquillitatem consequentia, quæ nulla valet creatura disturbare, quoniã ita profunde se depremit, vt à nulla queat creatura reperiri. Incredibile dictu quam horrendis tentationibus & vitijs diuexetur, interdum & concutiat homo Christianus, quibus tamen cedere non debet, quin potius in ipsum pectoris sui fundum, in virtutum inquam suarum (si ita loqui liceat) nihilitatem profundissimè demersus, vniuersam hæc turbidam tempestatem supra se transire permittat, vniuersas dæmonum acies, cælum, terram, & quicquid in eis est, acriter ipsum oppugnare sinat. Omnia ista adeo illi non oberunt, vt mirificè conduxerint etiam, si in propriæ vilitatis contemplatione, inq; virtutum suarum nihilo, cū humili quadã subiectione sub Deo, subq; omnibus creaturis, per veram abnegationem contemptusq; sui ipsius, se continere ac sepelire valuerit. Nam tum Deus pro ipso decetabit, sublimitate sua ad istius humilitatem dimissa. Ecquid multis miser distraheris? Istud vnum tibi est necessarium (quod & è cælo lapsum credidit antiquitas) *Nossete ipsum* quisnam sis. Valeant omnes artes, discedant curæ multiplices. Id vnum discolum, & totius eruditionis arcem occupasti. Hæc etenim humilitas, virtus est adeo excellens, adeo præclara, vt verbis consequi nequeas, quæ & quanta homo verè humilis, à Deo impetrare possit. In tali namque homine dona operationesq; Dei, nullo vnquam obstaculo aut impediuntur, aut repelluntur: atque ideo ad eum perfectionis à Domino deducitur. Porro quæcunque Dominus de ipso

Fiducia ad Deum unde oritur.

Exercitatio vtilissima.

Tentationes vincendi modus optimus

Lucæ 10. Nosce te ipsum.

Humilitatis excellentia quanta.

Ecc

facere

Mumilis ve-
re indicia
quæ.

facere voluerit, quicquid ei superuenire permittit, id totum perinde ac vitium
quoddam instrumentum Dei tranquillus ipse patitur, non agit. Nam & omnia
cum gratiarum actione nude accipit de manu Domini, & omnibus tamen existi-
mat se indignum. Infirmirate premitur, suscipit de manu Domini ad utilitatem
suam gratias agens. In columbia lætatur, in idem Deo gratias agens ad diuina ob-
sequia haud segnior accurrit. Contemnitur, maiori se contemptu digni dicit. Ho-
noratur, haud se tali dignatur honore, sed tanto se magis deprimat, conscius pro-
pria infirmitatis. Omnibus diuinæ pietatis beneficijs peccato seipsum plane indig-
nam reddidisse, ingenue confitetur. Donis Dei non solum non extollitur, verum
etiam satis demirari nequit insignem diuinæ bonitatis erga se indignissimum
peccatorem munificentiam, ac cum ingenti gratiarum actione ea dona de sola

Displacens
sui quid fru-
gis in homi-
ne conferat.

Dei gratuita benignitate suscipit, iuxta quod Deus bonus est, id est gratis. Ita ta-
dem principium veritatis est displacens sui. Sui autem displacens emenda-
tionem semper præcedere debet. Nam quo pacto emendabo quod antea non
displacuit? In omni tribulatione efficacius pharmacum nullum est, quam abne-
gare, abrenunciare, auersari seipsum. Quum igitur alter te contemnit, id facit
quod tute tibi ipsi merito facere deberes, is adeo non officit, ut adiumento etiam
tibi sit, viamque sternat ad consequendam salutem. Mihi crede, non tibi melius ali-
quid fieri potest, quam corrigi, contemni, contumelia adfici, modo ea rectè, quæ
admodum par est, vtaris. Quoties quis corde agnoscit, & ore confitetur se vili-
simum peccatorem, reum damnationis perpetuæ, tunc precipue veræ iustitiæ ve-
rissimum iecit fundamentum, Deo que concordat, mox liberandus per eum. At ve-
ro quoties se iustum, aut alioqui aliquid esse autumat, mendax est, & ab æquis-
simo iustitiæ vindice condemnabitur. Nam quod tam præclara Dei dona nullum
in nobis locum inueniunt, arrogantis nostræ vitio sit, non solum in spiritu, ve-
rum etiam in natura. Quanto profundius nos ipsos humiliamus, tanto nos Deus
magis exultat: contra, quanto nos ipsos magis erigimus & amamus, tanto nobis
Deus magis elongatur, secundum gratiam inquam, munificentiamque suam. In
multis sane mortificari debet natura, priusquam talem quis essentialis humilita-
tis habitum in corde suo acquirat, ut sine labore ad vilia & contempta suapte
sponte feratur, utque honor ei dolor, & confusio consolatio videatur. Ve-
nus tamen naturaliter altero propensior est ad humilitatem, castimoniam, carita-
temque virtutes, atque ob id sanctior est nihil. Sed qui abundantiori ad Deum fet-
uet charitate, quique accuratius & diuinam obseruat voluntatem, & obseruan-
do rebus ipsis pro sua virili, per veram sui abnegationem satisfacit, is demum verè reli-
giosus, verè Deo charus omnium calculis iudicandus est. Haud curat Deus, quis qua-
lisve aliquando fuerit homo, aut ad quæ natura propensior, quàm ve præclara exer-
ceat facinora, quantum exantlet laborem: sed quanta polleat charitate, quam
rectam ad Deum habeat intentionem, & quomodo ex illis operetur. Charitas
Dei nunquam est otiosa: operatur magna ubi est, si verò operari renuit, chari-
tas non est. Aliqui etiam ingenitum sibi habent dulcem quandam adfectum ad
summum bonum: Sed quantum se ipsos abnegant, & pro viribus secundum
hoc operantur, tantumdem etiam habent diuinæ charita-
tis, & nihil amplius.

Religiosus
vere quis.

Charitatem
Deus maxi-
me requirit
in homine
Georgius.

(..)